

## Text 1

Cicero hatte Rom verlassen, weil er nach Caesars Ermordung Unruhen befürchtete. Als in Süditalien erfuhr, dass L. Calpurnius Piso es gewagt hatte, seine Stimme gegen Marcus Antonius zu erheben, kehrte er umgehend zurück und erreichte Rom am 31. August. Am 2. September hielt er während einer Senatssitzung, bei der Antonius nicht anwesend war, die erste Philippische Rede. Er spricht zunächst über die Gründe seiner Abwesenheit und der Rückkehr.

Antequam de re publica, patres conscripti, dicam,  
exponam vobis breviter consilium et profectionis et  
3 reversionis meae. Ego cum sperarem aliquando ad  
vestrum consilium auctoritatemque rem publicam esse  
revocatam, manendum mihi esse statuebam, quasi in  
6 vigilia quadam consulari ac senatoria. Nec vero  
usquam discedebam nec a re publica deiciebam oculos  
ex eo die, quo in aedem Telluris convocati sumus. In  
9 quo templo, quantum in me fuit, ieci fundamenta pacis  
et renovavi vetus exemplum Atheniensium; Graecum  
etiam verbum usurpavi, quo tum in sedandis discordiis  
12 illa civitas usa erat, atque omnem memoriam  
discordiarum oblivione sempiterna delendam esse  
censui.  
15 Praeclara tum oratio M. Antonii, egregia etiam  
voluntas erat; pax denique per eum et per liberos eius  
cum praestantissimis civibus confirmata est. Atque his  
18 principiis reliqua consentiebant. Ad deliberationes eas,  
quas habebat domi de re publica, principes civitatis  
adhibebat; ad hunc ordinem res optimas deferebat;  
21 nihil tum, nisi quod erat notum omnibus, in C. Caesaris  
commentariis reperiebatur; summa constantia ad ea,  
quae quaesita erant, respondebat.  
24 Multa praetereo; ad singulare enim M. Antonii factum  
festinat oratio. Dictaturam, quae iam vim regiae  
potestatis obsederat, funditus ex re publica sustulit.

**consilium, i, n.:** hier = Hintergrund

**aedes Telluris:** Tempel der Tellus (wo sich der Senat am 17. April 44 versammelt hatte)  
**quantum in me fuit:** soweit es in meinen Kräften stand; mit **renovavi vetus exemplum Atheniensium** spielt Cicero darauf an, dass in Athen dreißig Tyrannen vertrieben worden waren. **usurpare:** benutzen

**praestantissimi cives:** Gemeint sind die Caesarmörder Brutus und Cassius, die sich erst aus der Deckung wagten, nachdem Antonius und Lepidus ihre Kinder als Bürgen gegeben hatten.

**commentarius, i, m.:** Aufzeichnung, Nachlassdokument

**vim obsidere:** hier = das Ausmaß annehmen

## Text 2

Cicero wirft Antonius als Höhepunkt aller Peinlichkeiten, die er während seines Konsulats begangen hat, den Versuch vor Caesar am Lupercalienfest zu krönen.

3	Adrogantiam hominis insolentiamque cognoscite. Sed ne forte ex multis rebus gestis M. Antonii rem unam pulcherrimam transiliat oratio, ad Lupercalia veniamus. Non dissimulat, patres conscripti, apparet esse commotum; sudat, pallet. Quidlibet faciat, modo	<b>Lupercalia, orum, n.:</b> Lupercalienfest <b>modo ne:</b> wenn nur nicht
6	ne nauseet, quod in porticu Minucia fecit. Quae potest esse turpitudinis tantae defensio?	<b>nauseare:</b> <i>hier</i> = kotzen; <b>porticus Minucia:</b> Säulenhalle der Minucier
9	Sedebat in rostris conlega tuus amictus toga purpurea in sella aurea coronatus. Escendis, accedis ad sellam, (ita eras Lupercus, ut te consulem esse meminisse deberes) diadema ostendis. Gemitus toto foro fit. Unde	<b>amictus, a, um</b> (+ Abl.): bekleidet (mit) <b>Lupercus:</b> <i>Am Lupercalienfest trugen die ansonsten nackten Priester lediglich ein Bocksfell um die Hüften.</i> <b>diadema, diadematis, n.:</b> Königskrone
12	diadema? Non enim abiectum diadema sustuleras, sed attuleras domo; meditatatum et cogitatum erat scelus. Tu diadema inponebas cum plangore populi, ille cum	<b>abiectus, a, um:</b> <i>hier</i> = weggeworfen <b>inponebas:</b> du versuchtest aufzusetzen
15	plausu reiciebat. Tu ergo unus inventus es, qui, cum auctor regni esse eumque, quem collegam habebas, dominum habere velles, temptares, quid populus	
18	Romanus ferre et pati posset.	<b>ferre:</b> <i>hier</i> = ertragen
	At etiam misericordiam captabas; supplex te ad pedes abiciebas quid petens? Ut serviremus? Tibi uni peteres,	<b>misericiordiam captabas:</b> du versuchtest Mitleid zu erregen
21	qui ita a puero vixeras, ut omnia patereris, ut facile servires; a nobis populoque Romano mandatum id certe non habebas. O praeclaram illam eloquentiam	
24	tuam, cum es nudus contionatus! Quid est hoc turpius, quid foedius, quid suppliciiis omnibus dignius?	<b>contionari:</b> vor dem Volk sprechen

### Text 3

Cicero spricht sich am 1. Januar 43 dagegen aus, eine Gesandtschaft zu Antonius zu schicken. Vielmehr, so argumentiert Cicero, komme es darauf an, dem Volk die einige Haltung des Senatorenstandes zu zeigen, notfalls eben auch durch einen Kriegsbeschluss gegen Antonius.

	Illi enim, qui bellum cum re publica gerunt, hunc diem non exspectabant. Hic enim dies vobis, patres	
3	conscripti, illuxit, haec potestas data est, ut, quantum virtutis, quantum constantiae, quantum gravitatis in huius ordinis consilio esset, populo Romano declarare	<b>illucescere, illucesco, illuxi:</b> anbrechen
6	possetis. Recordamini, quantus consensus vestrum, quanta virtus, quanta constantia fuerit, quantam a populo Romano laudem, quantam gloriam, quantam	
9	gratiam consecuti sitis. Atque illo die, patres conscripti, ea constituistis, ut vobis iam nihil sit integrum nisi aut honesta pax aut bellum necessarium.	
12	Pacem vult M. Antonius; arma deponat, roget, deprecetur. Neminem aequiorem reperiet quam me, cui inimicus quam amicus esse maluit. Nihil est	
15	profecto, quod possit dari bellum gerenti; erit fortasse aliquid, quod concedi possit pacem roganti; legatos vero ad eum mittere non iam levitatis est, sed	<b>est (+ Gen.):</b> es ist ein Zeichen (von)
18	dementiae, ut, quod sentio, dicam.	
	Primum duces eos laudavistis, qui contra illum bellum private consilio suscepissent, deinde milites veteranos,	
21	qui, cum ab Antonio in colonias essent deducti, illius beneficio libertatem populi Romani anteposuerunt.	